Indignationi pontificum sententia militaret · ne in usum male
commoti traherent euenire posse quod uellent. Postremum
Inproborum loquacitas obmutescat huius saltim aestimation-
secreti · quia odiorum incendia quae non ex inpugnatis meri-
sed ex studiorum fomentis arserunt. Nec sciae deliberationis
potuerunt fonte restingui. Tibi ergo debetur uenerabilium
custodia canonum · tibi quod sine episcopali nota contigit ·
quidquid in praesentia saeuit inprobitas. Tibi quod alii ac-
cusantes clandistina fraude texerunt · apud te compertum
fuit · non satis faciendum odiis. Quotiens fide desertur qui
lacessit · sed haec aliis melius seruantur narranda temporibus
salue ecclesiarum sidus · et ad senectutem bonam abrahe emula-
tor accede · quia testimonium probitatis est. Diu hominem
in ecclesiastica arce seruari · ut scriptum est. Uiri sanguinum
et dolosi non dimidiabunt dies suos. Tu aeuo maturus et ad
religiosum sudorem primaeuus exsupera. Tu pietate laudabilis
bonis discipulis exempla suggere · malos seueritate conpone
et boni utriusque fibula operis in testimonio summae gloriae
sine labe perdura. DICTIO · ENNODI · D(iaconi) · QUANDO DE ROMA · REDIIT

Amica est homini ad genitale solum reuertenti
semper hilaritas · dum et iis quoscumque ei peregrinantis
mens anxia peperit · quasi praefinitos et caelo grauius ante
dispositos se euasisse confidet. Debetur ergo uox serena laetiti-
ae ne muta gaudia meroris imaginem sortiantur. Cui enim
pateat exultantis animi secretum · nisi oris claue reseratum. Redu-
ces etiam cignos alis ludere mantuanos adserunt. Quid ego fa-
ciam in medio deprehensus abrupto qui et regressui meo debeo
dicendi fidem · et proposito tacendi necessitatem · secede quaeso
ad tempus officii censura grauioris. Numquam te oportune
gaudiis miscuisti. Prophetarum insignissimi sub legem uersu-
um uerba redigentes · carmine desideria sua et uoto cecine-
runt · diuino pectora dedicata conloquio · plectris ecclesi-
astica per populos iura diuiserunt · cur ego in ordinis et

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0014